



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

38. Quomodo Pipinus potuerit mittere S. Willibrordum praedicatum Frisijs
cum illud spectet ad jus Ecclesiasticum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

140 DE PRIMIS VETERIS FRISIÆ APOSTOLIS
ius sanctitas lucet in historijs, cum intelligendus sit Pipinus
vel secundus, vel (quod ego mallem) Pipinus tertius. Simi-
les Cacologismos apud quosdam est inuenire præsertim
exteros, vt Sabellicum, Blondum Flauium, quos his deduc-
tionibus nostris obseruatis nullo negotio lector aduertet.
Errat etiam Krantius lib. 4. Sueciæ cap. 37. 38. 40. & er-
randi occasionem ponit dum Pipinum secundum semper
nominat Breuem, cum Epitheton illud debeat & ab
Historicis solùm tribuatur Pipino tertio, non secundo.

DISSERTATIO XXXVIII.

Quomodo Pipinus potuerit mittere S. Willibrordum
predicatum Frisijs cum illud spectet ad
ius Ecclesiasticum.

Retulimus dissertatione 28. ex V. Beda Pipinum
misse S. Willibrordum eiusque socios ad prædi-
candum in citeriorem Frisiam. Similiter Trithe-
mius dicit Pipinum ordinasse Willibrordum so-
ciosque ad prædicationem Frisorum. Sic loquun-
tur & alij. Queritur ergo, quomodo Princeps sæcularis po-
tuerit illos sic mittere aut ordinare, cum hoc solùm con-
cernat Ecclesiasticam potestatem.

Reformatores nostros nullus hic vrgeret scrupulus; re-
spõderetque licuisse hoc Pipino; pœnes ipsum plenè fuisse
potestatem cum autoritate mittendi, Ecclesiam regen-
di &c. Ipsi enim omnem similem prærogatiuam vel in
magistratus vel Principes vel Reges, quemadmodum in
Anglia, aut denique in patriæ ordines (quemadmodum
in confæderatis Belgicis Prouincijs) transferunt. Sed præ-
tensas has missiones missas faciamus. Nunc breuiter dico.
Propriam

Propriam potestatem mittendi, quã authoritatiuã licet appellare, quã scilicet cooptatur aliquis ad fungendum ministerio verbi Dei ex officio, Dei gregem Sacramentis pacendi, ex autoritate gubernandi, Pipinum Catholicissimum Principẽ sibi nõ arrogasse. Patet vel inde, quod S. Willibrordum authoritatis & benedictionis Apostolicæ petẽdę causa in ordine ad prædicandum Frisijs, sicuti differt. 40. & 41. docetur, Romã euntẽ nõ impedierit, non increparit: Romã cum ampla potestate à Sergio Pontifice redeuntem non reiecerit, authoritati suę derogari conquestus non fuerit, missionem suam sufficere non prætenderit: gratia Apostolica instructum sum opere amplexus sit, iuuerit, fouerit, cum suo summo beneplacito verbum Dei seminare permiserit ac voluit. Eundem postmodum quo verbum Dei fructuosius prædicaret, Ecclesiam ampliori imperio gubernaret, Romã Episcopum consecrandum cum litteris commendatitijs miserit: factum Episcopum veneratus sit, Episcopali loco largisq; muneribus ornauerit; probe scilicet gnarus erat Rempubicam à Principe, Ecclesiam à Sacerdotio pendere.

Quod Beda ait cum misisse Apostolos nostros prædicatum in citeriorem Frisiam, per missionem solum intelligit licentiã, beneplacitum, seu voluntatẽ Principis: quãdoquidẽ enim Prouincię ad Principem pertineant & Principum operã sæpius Apostoli indigeant, etiam ne impediatur, Principum bonam voluntatem prædicatores solent exquirere. Eodem modo intelligendi Trithemius alijque.